



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 29. Dominici Pinelli Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. humanioribus literis non minus ac pie-
A.C. 1611. tate imbutus, anno ætatis suæ decimo
sexto Romam venit, ubi emenso stu-
diorum curriculo mundi delitiis, qui-
bus aliquamdiu indulserat, valere ju-
fis, totum se Dei obsequio impendere
cæpit, ac Sacræ militiæ adscriptus,
neçnon Philosophiæ & Theologiæ lau-
rea decoratus, a Gregorio XIII. Matu-
rani Episcopus non sine magno Diæce-
sis suæ incremento renuntiatus est;
omnes enim ferme proventus suos in
reparandis, exornandisque Templis im-
pendit, postea a Sixto V. Romam re-
vocatus, urbis Præfectura decoratus
est. Demum variis Ecclesiæ officiis,
quibus præerat, defunctus, Presbyter
Cardinalis nominabatur, a Pontificibus
Sixti V. Successoribus maximi habitus.
Tandem vero meritis clarus, die vige-
simæ Januarii anno ætatis suæ septua-
gesimo tertio Romæ decessit, sepultus
in Ecclesia ad S. Mariam Majorem.

§. XXIX.

Dominici Pinelli Cardinalis extrema.

*Valer. in
lib de Jub.
Marac. in
Purpura
Rom.*

Ejusdem fati necessitati cedere coactus
est Dominicus Pinellus patria Ge-
nuensis, qui Patavii Jurisprudentiam
professus, in patria sua in Jurisconsul-
torum Collegium cooptatus est, inde
vero

vero Romam profectus, et si non nisi vi- Sæc. XVII.
 gesimum secundum ætatis annum ex- A.C. 1611.
 plessit, a Pio IV. utriusque *Signaturæ*,
 ut vocant, *Referendarius* eligitur, quo
 in munere tam præclara integritatis,
 ingeniique sui specimina ediderat, ut
 a Pio V. & Gregorio XIII. pro legatio-
 nibus, componendis dissidiis, aliisque
 gravissimis negotiis adhibitus, primo
 Vicegerens, postea Firmanus Antistes,
 & Cameræ Apostolicæ Clericus creare-
 tur, ubi nemo in Pastore vigilantiam,
 in Judice integritatem, aut majorem
 in Clerico probitatem desiderare potuif-
 set. Demum a Sixto V. Nuntius Apo-
 stolicus in Hispaniam decretus, anno
 Christi millesimo quingentesimo octoge-
 simo quinto in Senatum Cardinalium
 adlectus est, eodem anno Carmelitanæ
 Religioni præfектus. Non multo post
 Flaminiam Provinciam, Legatus a la-
 tere factus, intra bimestre ad pristinam
 reduxit tranquillitatem, exturbatis om-
 nibus sicariis, sceleratisque hominibus.
 Tandem vero Romam reversus anno
 ætatis suæ septuagesimo die nona Au-
 gusti cælo maturus ibidem mortalita-
 tem exuit. Ejus Cadaver solemni pom-
 pa ad Liberianam Basilicam delatum
 humili sepulcro, uti juxerat, recondi-
 tum quiescit.